

## Band V., Nr. N53, Seite 440-441

*Schenk Konrad von Winterstetten schenkt Güter zu Markdorf und Bitzenhofen an einen neuerdings geweihten Altar in Baidt sowie allen seinen Besitz zu Heggbach an die künftig in Baidt lebenden Klosterfrauen.*

Baidt, 1241. Januar 3.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Cunradus pincerna de Winterstetten geste rei notitiam. Sciat omnis presens etas, sciat et omnis posteritas, quod ego in dedicatione atrii et altaris, que facta est nuper in Bund, altare ipsum, ut in consecratione moris est, dotavi per vineam et per shupozam, que proprietatis iure possedi in Marchdorff. Insuper ad honorem dei et sanctorum, quorum reliquie in eodem altari condite sunt, nomine dotis tradidi curtem in Bitzenhouen et quidquid prediorum ibidem habui. Dedi quoque quicquid proprietatis habui in Hegebach in usum famularum dei, que in claustro de Bunde deo de cetero sunt serviture.<br> <br> Acta sunt hec apud Bunde, anni verbi incarnati MCCXLI., III. nonas Ianuarii, presente locumque consecrante venerabili Henrico Constantiensi episcopo, presentibus quoque universis heredibus meis, presente quoque innumera cuiuslibet etatis ac sexus multitudine, que in die dedicationis pro absolutionis beneficio copiosissime ibidem confluerat. Ut autem que gesta sunt firmitatis robur in omne evum inconvulsum obtineant, paginam hanc conscribi feci et sigilli mei appensione roborari.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Baidt (17. Jh.), S. 9.<br> <br> Statt der *ae* der Abschrift wurden die *e* des ursprünglichen Textes wiederhergestellt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

**Signatur/Titel des Originals:**

WoBai U 11

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Kopialbuch des Klosters Baidt auf Schloss Wolfegg (Sign.: WoWo 16404).

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Entwurf

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Baidt

**Aussteller:**

Konrad; Schenk von Winterstetten

**Ortsindex:**

Baidt Wohnplatz (19193) <br> Baidt, RV <br> Bitzenhofen Wohnplatz (18149) <br> Bitzenhofen, Oberteuringen, FN <br> Heggbach Wohnplatz (17376) <br> Heggbach, Maselheim, BC <br> Konstanz Wohnplatz (14442) <br> Konstanz, KN <br> Markdorf Wohnplatz (18037) <br> Markdorf, FN <br> Winterstettenstadt : Ingoldingen BC <br> Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)